





4

DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA  
DE  
**A M A V R O S I**

---

SVMMI NVMINIS AVSPICIO  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE ET DOMINO

DOMINO  
**CHRISTIANO FRIDERICO  
CAROLO ALEXANDRO**

MARGGRAVIO BRANDENBURGICO BORVSSIAE SILESIAEQVE  
DVCE BVRGGRAVIO NORIMBERGENSI VTRIVSQVE  
PRINCIPATVS REL. REL.

---

EX DECRETO GRATIOSAE FACVLTATIS MEDICAE  
**PRO GRADV DOCTORIS**  
SVMMISQVE IN MEDICINA HONORIBVS  
PRIVILEGIIS AC IMMVNITATIBVS LEGITIME OBTINENDIS  
D. AVG. MDCCCLXXVI.  
H. L. Q. C.  
SOLENNITER VENTILANDA

**DANIELE NOOTNAGELL**  
HAMBVRGENSI

---

ERLANGAE  
TYPIS WOLFGANGI WALTHERI.

DISSERTATIO IMAGINARIA MEDICAE

DE

# IMAGINA TIO

EXEMPLUM IN VIVIS VAPORIBUS  
RATIOLOGIA MAGNETICENTISIMO

ET DEDUCITUR A THERMICO

DOMINO

Laudo ratiocinationem, modo ex iis, quae sensus comprehendunt,  
aut experimenta ostendunt, nascatur: et rite ex his, quae compa-  
rent, conclusiones colligat. Quodsi non legitima inductione procedat,  
verum ex opinionum commentis profiscatur, molestias et difficultates  
graves adferit.

HIPPocrates lib. d. Praecept.

PRO GRADU DOCTORIB.  
SALVATORIS IN MEDICINA HONORIBVS  
HEC EST AD MUNERIBVS ILLIBETE DILECTIONE  
AVA MECZKAY

SOLENNITER AVITIENAGA

DANIELE NOOTINGERI

HANVERIENSIS

ERLANDOVI  
TYPIIS MONTAGENSIB. MULTHPI

LIBERAE ATQVE INCLYTAE  
SACRI ROMANI IMPERII  
REIPVBLICAE HAMBVRGENSIS  
SENATVI SPLENDIDISSIMO  
VIRIS  
PERILLVSTRIBVS MAGNIFICIS  
AMPLISSLIMIS CONSVLTISSIMIS  
PRVDENTISSLIMIS  
PATRIAЕ PATRIBVS OPTIMIS

RELIGIONIS LIBERTATIS ET IVSTITIAE  
DEFENSORIBVS VIGILANTISSIMIS  
MVSARVM TVTORIBVS OPTIMIS  
HASCE PRIMITIAS ACADEMICAS

D. D. D.

TANTORVM NOMINVM

Cultor obseruantissimus

DANIEL NOOTNAGELL.



## DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA

DE

## A MAVROSI.

### SECTIO PRIMA.

*Sistens pathologiam et semiotiken.*

#### §. I.

**V**ifus abolitionem, vna cum pupilla dilatata, immobili, fanae simili, bene colorata, dicunt pene omnes *amaurosin*, sive *guttam serenam*. Pupillam tamen quandoque aut iusto arctiorem, aut naturalis amplitudinis, esse, et alii obseruarunt <sup>a)</sup>, et ego, quum aegrotorum lectos Viennae accederem; eandem, in amaurosi perfectissima, mobilem vidi, quamquam paulo segnius, iridis fibrae mouerentur; ad minimum vero lucis attactum, easdem valde, viuideque, se constringentes viderunt et cel. TANIN <sup>b)</sup>, et ill. RICHTER <sup>c)</sup>, fautor ac praecceptor aeterne venerandus. Saepissime splendido illo puroque nigrore, orbata est cornea, post quam pupilla oculi appetet, et languorem in illa, hebetudinemque, loco illius,

per-

<sup>a)</sup> Noui comment. Soc. Reg. Goetting. 1774. T. IV. p. 78. et A de-  
scription on the humain eye. by Mr.  
W A R N E R. at Lond. 1773. p. 32.

<sup>b)</sup> Mem. et obs. sur l'oeil. à Paris 1772.  
p. 21. 426. 427.

<sup>c)</sup> Noui Comment. Goett. T. IV. p. 78.

A

II DISSERTATIO INAVGVRALIS MEDICA

percepit ill. RICHTERVS *d*), aliquoties colorem gryfeo-lucidiorum, Fr. HOFFMANN *e*), exiguum ego, insignem pallorem nubeculosum ill. RICHTER *f*), et interdum, totam quasi internam superficiem, retinam albam, vasculaque in illa rubra, punctulaque hinc inde dispersa, distinete cernere sibi videbatur.

§. II.

Intelligitur itaque, explicationem amaurofeos, omni numero absolutam, vix posse exhiberi, indeque eius cognitionem perdifficilem fieri, aegreque interdum illam, praesentim imperfectam, a cataracta incipiente, distingui, nisi plura simul considerentur. Signa vero, quorum ope, vterque morbus dignosci tamen potest, sunt forte, quae sequuntur: causae praegressiae, pupilla dilatata, et immobilis, quae tamen ex aliis causis, vt infra ostendam quoque adesse potest; pallor ille nubeculosus magis est ab iride remotus, quamquam haec distantia, interdum perdifficilis sit distinctu, vt ego ipse in aegro, quem in nosocomio fratum misericordiae vidi, expertus sum: nulla denique intercedit nubeculae cum lucis diminutione proportio.

§. III.

Variae dantur huius morbi divisiones, quarum aliae minoris, alias maioris sunt utilitatis. Ad illas refero amaurofeos distinctiōnem, in perfectam, imperfectam et partialem *g*): et immortalis BOERHAVII *h*) diuisiōnem, ex sede materiae morbosae. Maioris iam utilitas est haec distinctio, in idiopathicam et consensualem, quorsum et ea pertinet, quae a variis pupillae affectionibus, a paleore pone illam, a maiori sensibilitatis, aut torporis, gradu, quo amagrosis incipit, desumitur *i*). Maximi denique momenti est ea distinctio, quae causis, amaurosis producentibus, respondet, et quae potissimum, in quatuor decedit species: in amaurosis nempe *sanguineam*, *ferosam*, *abdominalem*, et eam, quae a *debilitate* oritur; vt simul quoque statim subintelligamus istam, quae *temporaria*, et pro

*d*) loc. cit. p. 79.

GUERIN. à Lyon 1769. S. 3. p. 253.  
et C. G. p. 83.

*e*) Et. Med. Consultationes. Tom. V.

*h*) Et. tr. de morbis oculorum. Goett.

Caf. 2. p. 93.

1750. p. 102, 103.

*f*) loc. cit. p. 79.

*i*) C. G. p. 79-81.

*g*) Tr. sur les malad. des yeux. pr. Mr.

pro cauſarum ratione, periodica eſſe potest. Piures quidem species tradit ill. SAVVAGESIVS <sup>k)</sup>, quae vero omnes ad dictas reduci poſſunt.

## §. IV.

Diuersissimis, ac ſibi contrariis ſymptomatibus, incipit gutta ferena. In aliis enim, retinæ ſenſibilitas valde augetur, in aliis, minuitur illa. Illi acciſant: ſplendentes ſcintillas, flammulas, lumina, ante oculos ſaltare, viſumque, in obſcuriori loco, praeftantiorē eſſe, quam coelo fereno. Hi vero conqueruntur, modo de debilitate, ac caligine oculorum, vmbbris, imaginibus diuerſae forme; modo de ſenſu telæ araneæ, oculos obuolantis, et ante omnia obiecta expaſſae, modo de fumo, nebulaque, quae ſenſim denuo fiat, donec omnia obiecta penitus obtegat. Alii adhuc ponunt pupillæ dilataſionem, ac languorem, nec ſuccedentem conſtrictionem, (brouti facile conſpiciatur, quando oculi viuidæ luci exponuntur, et viceſim, manu praepoſita, vmbra obtenditur) tamquam ſignum amauroſeos incipientis pathognomonicum: easdem vero iridis affectiones ſaepius a vermi- bus iñtentiorum obſeruarunt van der BOSCH et PHELSVM, a cacochymia ſcrupulosa WARNER, ab aqua in cerebro collecta WHYTT, ab impuritatibus primarum viarum, viſu integro, ego in amico tenerimo, quocum Goettingae degebam, quae medicamentis purgantibus tollebantur, et in me ipſo, et in aliis, viſus integratitæ alias fruentibus, easdem, ſaepius ex cauſis, nondum ſatis a me eru- tis, quae veroſimiliter autem ſystemati neruoſo languorem inferunt, aui; quae vero cauſae, et forte aliae, nondum adhuc detectaæ, an adſint, nec ne, ſollicite perquirendum, antequam ex hoc ſigno ad amauroſin veram incipientem concludimus.

## §. V.

Rariflme naſcitur hic morbus, fine omni praediſpoſitione, in homine robustiſſimo, in quo nulla proſrus, nec a perspicaciflmo in- genio, detegi potest cauſa: interdum tamen, quando cauſae grauiores, aut per ſe, aut per conſenſum, in neruum opticum agunt. Saepius autem adſunt cauſae praediſponentes: vt plethora, cachexia, temperamentum

A 2

phleg-

<sup>k)</sup> Ei. Nosologia meth. Amſt. 1763. T. II. P. 2. p. 289 - 296.

#### IV DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA

phlegmaticum, systematis vasculosi, ac neruosi, debilitas, nerui optici  
ac retinae imbecillitas, senectus, et forte ipsa dispositio haereditaria.

#### §. VI.

Plurimi consentiunt, in neruo optico, eiusque paralyssi, causam  
huius morbi proximam, ponendam esse: num vero in retina, an in  
tunica choroidea, dissentient multi. Hanc opinionem, olim stabiliuit  
**MARIO T E<sup>1)</sup>**, nostris vero temporibus, nouis eandem confirmare  
argumentis, studuit **L E C A T m**). Disceptationem ipsam vero, erudi-  
te explicavit ill. **D E HALLER n**), ideoque non est, ut minus  
iucunde ea, quae ornate ab illo dicuntur, repetamus.

#### §. VII.

Prima amuroseos causa est sanguinis copia, in vasis, quae cere-  
brum, neruum opticum, ac retinam perreptant, collecta. Ambigua  
sunt signa diagnostica, quae exhibit ill. **S A U V A G E S I V S o**):  
certiora, quae ex causis praegressis, ac prodromis, depromuntur, vt  
tela putatia aranea, ante omnia obiecta expansa, maculis, ac punctis  
nigris, quae constantia magis signa, in hominibus, ex hac causa  
luce orbatis, plus vna vice vidi. Causae, quae hanc efficiunt con-  
gestionem, aut in cerebri aut in nerui ipsius, aut retinae, aut tunicae  
choroideae p), vas, aut in remotis C. H. partibus, ponendae.  
Priorem, aut vasorum debilitati, aut irritamento cuidam, esse ad-  
scribendam, confirmant, et caufae praegressae, et medendi methodus.  
Illae vero sunt, diuturnus microscopiorum, conspicillorum tubulato-  
rum, aliorumque vitrorum opticorum, vsus, nimiae lucubrations ac  
vigiliae, ebrietas saepius repetita, attentus ac iusto longius in vnam  
eandemque rem protractus intuitus, eo periculosior, quando illa, aut  
nitida, aut parua, aut candida est q), grauissima capit is contufo r),  
com-

1) Ei. opera. p. 496.

m) Ei. Tr. des sens. p. 395.

n) Ei. Elementa physiologiae. T. V.  
p. 470-475. Conf. et PRIESTLEY Ge-  
schichte der Optick von Klügel. I. Th.  
Helmstädt. 1775. p. 147.

o) loc. cit. p. 291.

p) Diff. de phantasmatibus ante ocu-

los volitant. Praef. ill. D E L I O, sautore,  
summo pietatis studio colendo, habit.  
Erlangae 1751. §. 12. p. 18.

q) H. ab HEERS obs. med. rariores.

obl. 4. p. 45.

r) G. F. HILDANI op. obs. et curat.  
med. chirurg. Francof. 1646. C. 5. obs.  
8. p. 389.

commotio, ictus *s*), lapsus ab alto *t*) et haemorrhagia denique narium suppressa *v*). Cogitur sanguis ad caput redundare, a menstruis, aut haemorrhoidibus suppressis *w*), aut non rite fluentibus *x*) a venaelectione consueta intermissa *y*), ab ebrietate *z*), et a vi denique, qua cetera C. H. vasa inaniuntur, et qua ex causa, et ill. RICHTER *a*), et cel. SCHMVCKER *b*), plures occaecatos vide-runt. Eiusdem pene indolis est illa, quae post apoplexiā, et epilepsiam, relinquitur, quae diurniores partus dolores *c*), vomitorium exhibut *d*), et congectionem denique illam sequitur, quae fit, dum corpus, supra medium, aqua frigida immersum est, et quod mihi licuit obseruare.

## §. VIII.

Signa, quae totius corporis debilitatem produnt, sunt fere vnicuique cognita: retinae vero imbecillitatem euincunt, partim cau-sae praegreffae, partim nimia oculi sensibilitas. Ex inducta totius corporis debilitate, explicanda est obseruatio, quam de venaelectione in vitroque brachio, in praegnante, instituta, tradit SCHEVCH-ZERSVS *e*), de vomitu cruento, TREW *f*), de nimia salivatione *g*) ac purgante draftico *h*), HILDANVS, de diarrhaea nimia, Fr. HOFFMANN. *i*), de onania, GORTER *k*), et de aliis inanitionibus, alii. An vero haec causa solum in penuria liquidi neruei qua-renda est? cur non, magna cerebri parte, a suppuratione destructa, appercipitur eiusdem penuria *l*)? Mihi videtur potius, causam vasis

## A 3

mini-

*s)* MORGAGNI ep. anat. Patau, 1764. P. I. ep. 18. art. 6. p. 355.

*t)* Fr. HOFFMANN I. M. C. T. V. D. 2. cas. 2. p. 93.

*v)* HILDANVS l. c. C. VI. obs. 5. p. 502.

*w)* BLOCHS medic. Beobachtungen. Berlin 1774. p. 116. 117. HEISTER'S medic. und chirurgische Wahrnehmungen. Rostock 1753. I Th. 358. W. 590 S.

*x)* J. N. PECHLINI obs. phys. med. lib. 3. Hamb. 1697. I. 1. obs. 42. p. 96.

*y)* HEISTER l. c. 2 Th. 246. W. 441 S.

*z)* BOERHAVE l. c. p. 103.

*a)* loc. cit. p. 82.

*b)* El. chirurgiche Wahrnehmungen.

Berlin 1774. I Th. 43. B. p. 480 - 482.

*c)* HOECHSTETERI rar. obs. med. Francof. et Lipf. 1674. D. IX. obs. 6. et BRENDELII opera. Goettingae 1775.

T. III. p. 33.

*d)* HILDANVS l. c. C. V. obs. 19.

P. 399.

*e)* A. N. C. V. II. obs. 45. p. 108.

*f)* Ibid. obs. 52. p. 122.

*g)* loc. cit. C. V. obs. 13. p. 396.

*h)* Ibid. obs. 5. p. 387.

*i)* Systema Med. Rat. Tom. IV. p. 4.

obs. 4. p. 226.

*k)* TISSOT von der Onanie.

*l)* SCHMVCKER l. c. I B. 41. W.

447 S.

minimis, ac nervorum vaginis, ineffe, ad quae confirmando, multa argumenta, quae mihi sunt, adferre, commentationis limites vetant. Retinae inducitur imbecillitas, cerebri commotione *m*), nimiis studiis, ac lucubrationibus, nimio coitu, diuturno microscopiorum usu, subito magnoque splendore, in oculum illapsa *n*), ac diuturniori, et nimis attento, in eandem rem splendidam intuitu, unde milites a niuis nitore et docimastae, a probatione ferrari, illud in aqua extinguedo, ferrari ab igne violento et lucido, amaurofin contrahunt *o*), et ego in Hercynia, praesertim in pago Schierke, multos occoecatos vidi. An et gutta serena, quae venaefectionem, in corpore, humoribus pleno, institutam, sequitur, huic speciei subest? Credit quidem ill. *NICOLAI p*), eandem numquam ex hac causa oriri: contrarium tamen euincunt obseruationes *GVNZII q*, *IANINI r*), et aliorum. An, si et a mentis alteratione, saepe efficaci, et a collapsu subitaneo vasorum, paululum recedimus, phaenomenon hoc, et eo modo, est explicandum? Fit venaefectione reuulsio, et quum praesertim caecitas, illam, quae in pede instituitur, sequitur, an non potest itaque fieri, quin sanguinis impetus, ad primas vias regurget, ibique, per consensum, producat amaurofin? Hanc opinionem videntur obseruationes confirmare, quarum vnam, mihi lieuit Goettingae, in rustico robusto, instituere, cui venaeffectio, semper vomitum excitabat; altera *s*) in foemina, quae ex subita aquae, in abdomen retentae, purgantium ope euacuatione, abdome, fasciis antea non constricto, amaurofi corripiebatur, obuenit. Potestne metaftatica, aut quedam alia, materia morbos, in corpore latere, quae aliis C. H. partibus, vbi non adeo edit noxios effectus, infidet, nunc vero, reuulsione, in motum rapitur, et ad alias C. H. partes delata, aut idiopathice, aut consensualiter, amaurofin producit?

## §. IX.

*m*) Ibid. 37 B. 399. S.

*n*) C. G. I. c. p. 83.

*o*) Anmerkung. über Monroos Abhandlung von den Krankheiten der Armeen von Begue de Presle. Altenb. 1771. I. B. 14. §. 56 S. cont. et obl. on the def. of the Army. by I. Pringle. at Lond. 1756. A. C. — C. a LINNE'

amoenit. acad. Halae 1769. V. VII. d. 80, P. 88.

*p*) Abhandlung von den Augenkrankheiten.

*q*) Abb. ab HALLER diff. chirurg. select. Lauf. 1755. T. II. p. 280.

*r*) Journal de medecine. pr. Mr. ROUX t. 20. p. 442.

*s*) Fränkische Sammlungen. Nürnberg 1759. 4. B. p. 138.

## §. IX.

In diffitis praecordiorum locis, saepius latere amauroseos cau-  
sam, probant signa, quae viscerum abdominis labem, produnt, et  
quorum praecipua, praeter causas praegressas, sunt dolor, in radice  
nasi pressorius, animi morositas, ac pupilla saepius dilata, quamquam  
lingua impura, et oris amaritudo, non semper ad sint. Praecordio-  
rum vitia vero sunt: aut colluuius biliosa *t*), ab ira *v*) et e lapso  
ab alto *w*) producta, aut acrimonia quedam in primis viis colle-  
cta *x*), aut atra denique bilis *y*). Eiusdem fere indolis, est illa,  
quam descripsit *HEISTERVS* *z*), et, quae mihi potius, e viscerum  
obstructione, quam nervi optici, vt vir eximius existimauit, nata esse  
videtur: dein ea, quae taenia *a*), et ab ascaridibus *b*) producta, aut  
a moerore, et ab aliis animi affectibus *c*), contracta; quae post febrem  
intermittentem tertianam, male curatam *d*), post febrem acutam *e*), et  
petechiam *f*), post dolores colicos *g*), post colicam metallurgorum satur-  
tinam *h*), relicta, aut quae denique usum decocti ligni quaiaci, in  
lue venerea exhibiti, primis viis ante non purgatis *i*), sequuta est.  
Non absimili ratione, oritur amaurosis periodica, id, quod ex obser-  
uationibus, quas de hoc morbo ill. de *STOERCK* *k*), *PEYE* *l*) et  
*MEDICVS* *m*) tradiderunt, elucet.

## §. X.

Quin haec guttae serenaе caufa, cognitū difficultima sit, ma-  
gna cum animi attentione, perlegi obseruationes, quae passim de-

mate-

*t*) *TVLPIE* obs. med. L. B. 1716. I. 1.  
c. 31. p. 61.

*e*) C. G. I. c. p. 85.

*d*) E. N. C. D. 2. ann. 2. obs. 106.

*v*) C. G. I. c. p. 81.

*p* 261.

*w*) *Abhandlungen der königlich schwe-  
dischen Academie der Wissenschaften*  
I. B. p. 81.

*e*) C. G. I. c. p. 84. et A. *STOERCK*  
ann. med. primus p. 56. 57.

*x*) *L. F. LENTINS* *Beobachtungen  
einiger Krankheiten*, Goettingen 1774.  
I. B. p. 17.

*f*) *SCHNYCKER* I. c. 1. Th. 43. B.  
474. S.

*y*) *TVLPIVS* I. c. p. 61.  
*z*) El. tr. de catar. glaucomate et a-  
maurosi. Altorf. 1720. p. 333 - 337.

*g*) *Jour. de med. pr. Mr. ROUX* t.  
20. p. 364.

*h*) Alb. ab *HALLER* diff. pract.  
coll. Lauf. 757. T. III. p. 307. l. 6.

*i*) H. ab *HEERS* I. c. obs. 4. p. 45.

*a*) *HIRSCHLS* *Gedanken die Hei-  
lung der fallenden Sucht betreffend*. 3.  
Aufl. Mietan 1774. p. 51.

*k*) El. ann. med. pr. P. 76.

*b*) *Journ. de medecine* pr. Mr. v AN-

*l*) *Medical obs. and inquiries at Lond.*  
1757. V. I. p. III.

*DERMONDE* t. 10. p. 130.

*m*) El. *Geschichte periodisch Krank-  
heiten* I. B. 2. C. 20. §. p. 75 - 82.

## VIII DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA

materia morbosa quadam, aut in corpore per se nata, et latente, aut ab exanthemate quadam suppresso, aut ab ulceribus et fonticulis exsiccatis orta, traduntur; eaque potissimum ex iis elegi signa, quae saepius obseruantur, quibus alia, quae mihi ipsi ante aegrotorum leitos annotare licuit, adiunxi. Sunt ea: magna ad dormiendum propensio, somnus inquietus, nulla post eum virium restauratio, totius corporis lassitudo ac inertia, sensuum ac motuum torpor, et sudor denique, ardoris sensum in cute excitans. Diagnosi praeterea lucem affundunt, parentum morbi, ac ii, quibus aegrotus antea laboravit, eorumque medendorum methodus adhibita: aegrotorum denique vitae genus, sollicite examinandum, ac perquirendum, an forte causae, quae transpirationem insensibilem minuere, et materiam quandam morbosam latentem generare possunt, adsint. Hanc itaque amauosin, vidit ill. RICHTERVS <sup>n</sup>), ex miliaribus subito retrogressis ortam, post variolas Q VELMALZ <sup>o</sup>), post febrem putridam ego, post phrenitiden HOFFMANN <sup>p</sup>) post arthritiden GÜNZ <sup>q</sup>) post rheumaticum ego, post podagram retrogressiam M VZEL. <sup>r</sup>); a transpiratione suppressa, quae vero spontaneo sialiae profluvio tollebatur, ill. ISENFLAMM <sup>s</sup>), fautor magna veneratione colendus, a scabie exsiccata TRECOURT <sup>t</sup>), ab achoribus, intra corpus remeantibus, HOFFMANN <sup>v</sup>), a varis faciei retropulsis KLEIN <sup>w</sup>), ab vsu cosmeticorum OEHME <sup>x</sup>), ab herpete exsiccata TRECOURT <sup>y</sup>), ab ulceribus exsiccatis ego, a miasmate venereo latente, SAUVAGES <sup>z</sup>) a plica polonica resecta, vel retenta, STABEL <sup>a</sup>), a cacochymia pituitosa, accidente quadam causa occasionali, v. g. sternutatione, HILDANVS <sup>b</sup>) et ab vice-

<sup>n</sup>) l. c. p. 87.

<sup>o</sup>) Alb. ab HALLER diff. pract. coll. left. T. III. p. 55.

<sup>p</sup>) Ei. S. M. R. T. IV. c. 4. §. 9. p. 116.

<sup>q</sup>) Alb. ab HALLER diff. chirg. T. II. p. 275.

<sup>r</sup>) Medicinische und chirurgische Wahrnehmungen, Berlin 1754. I. S.

16. B. p. 105.

<sup>s</sup>) Versuch einiger praktischen Anmerkungen über die Nerven, Erlangen 1774. §. 29. p. 92.

<sup>t</sup>) Mem. et obs. de chirurgie. à Bouillon 1769. obs. IV. p. 232.

<sup>v</sup>) l. c. T. IV. c. 4. §. 9. p. 116.

<sup>w</sup>) Interpres clinicus. Frt. et Lipf. 1771. p. 259.

<sup>x</sup>) l. c. 279.

<sup>y</sup>) l. c. obs. VIII. p. 241. et 42.

<sup>z</sup>) l. c. T. II. p. 2. p. 291.

<sup>a</sup>) Alb. ab HALLER diff. pract. coll. T. III. p. 264.

<sup>b</sup>) l. c. C. I. obs. 24. p. 26.

ulceribus denique venereis, quibus vnguenta, morbo non accomodata, applicabantur, HEISTER c). Annon ab impedita urinae excretione, praesertim in senibus, eadem oriri potest? inde vidit, cel. LENTIN, asthma exortum, idemque confirmare videtur obseruatio BARTHOLINI, apud Io. HELWIGIVM d). Annon quoque impedita capitis transpiratio, praesertim in infantibus, eam parere potest? pertinacissimas enim saltem vidi ophthalmias, quae ex hac causa oriebantur.

## §. XI.

Amauroeos, quae a spastico oritur, causam, adscribit ill. SAUVAGESIUS e), vt VALSALVA, annulo moderatori, quo in agnoscendo tamen minus sibi satisfecerunt, et ill. MORGAGNI f), et cel. ZINN g). An itaque a conuulsione muscularum oculi, ac inde orta nerui optici compresione, visus abolitio repeti potest? non videtur cum argumentis, quae ill. MORGAGNI h) adsert, consentire, quibus adhuc alia addi possunt, quod nempe oculi bulbus non semper fixum teneat locum, et aegrotus quoque, post cataractae extractionem, omnibus tamen oculi muscularis, spastice constrictis, lucem percipiat. An itaque a nerueis membraneisque filamentis, quae neruum opticum, tamquam annulus, circumligant? i) Sed neruea illa, ac membranæ filaments, constringi conuulsuis motibus, iis non videtur, qui in hisce partibus, tensionem, irritabilitatem, vel sensibilitatem, non statuunt. Sanguinis deinde copia, ad interiores C. H. partes, regurgitare cogitur, quo fit, vt vasa minora, humoribus turgida, relaxentur, et cerebrum et nervos premono, producant paralysin: materia denique morbos, quae olim conuulsiones produxit, potest a maiori sanguinis impetu, ac spastica vasorum contraktione, ad alias C. H. partes, delata fuisse, ibique, aut idiopathice, aut per consensum, parere amaurosin. Quomodo est itaque hoc

phaeno-

c) l. c. 2. B. 19. B. p. 27.

g) Descriptio oculi humani C. 8. §. I.

d) Ei, obf. phys. medicae, Aug. Vind. 1680. obf. 23. Schol. p. 52. et 81.

p. 161. 162.

e) loc. cit. p. 292.

h) l. c. P. I. ep. 18. art. 3. p. 354.

f) l. c. P. I. ep. 16. art. 23. p. 320.

i) Ibid. art. 4. p. 354.

phaenomenon explicandum? Eae, quae hanc guttae serenae speciem producunt, cause, inuoluunt dolorem, pro modo sensationis, varium, qui, aut capiti ineft, aut aliis partibus, quarum neruis, magnus, cum oculi neruis, intercedit consensus, aut in intestinis percipitur: in locum autem spafini, circa neruum opticum excitati, succedere potest idem modus, quo acrimonia et bils, imo, quaecunque repletio, retinam, ac neruum opticum, paralyfi afficere potest, vt ideo atona sequatur, sive ex distensione, et repletione, sive a pressione, et antea actuata nimia irritatione, et mobilitate, ea orta fuerit. Causae, quae hanc amauroseos speciem producere dicuntur, sunt pene omnes, morbi primarii, quos pottea propondere animus est. An vero illa coecitas, quae a terrore oritur, ad hanc, aut ad primariam speciem, sit referenda, dubiis adhuc est obnoxium: rationes tamen supra allatae, attenta hominis, terrore correpti, contemplatio, cadauerum dilectio, ac medendi denique methodus, luculenter adfirmare videntur, eam priori speciei subesse.

## §. XII.

Amaurosis, a parentibus, aut, saltim connatam, obseruavit GÜNZ<sup>k</sup>), ex vulnera, iuxta futuram spuriam ossis temporum, GEIER<sup>l</sup>, versus angulum maiorem, supra supercilium, quo, reflexae ex orbita, ad frontem repunt, propagines rami, e quinto nervorum pari, MORGAGNI<sup>m</sup>), e vulneribus, quae neruum opticum penetrant HEISTER<sup>n</sup>), ex pectoris vulnera de FOIN vulgo LVC<sup>o</sup> QVE<sup>o</sup>), a resolutione muscularum oculi, graui capititis ieiuni inseguuta, MORGAGNI<sup>p</sup>), ex mercurio, in corpore relusto, THEDEN<sup>q</sup>), a belladonnae vsu, GREDING<sup>r</sup>), a miro consensu, qui utriusque oculo intercedit, RICHTER<sup>s</sup>), a vitriolo antiepileptico STISSERI<sup>t</sup>), et a barbae denique tonsione<sup>v</sup>), alii. An coecitatis

causa

<sup>k</sup>) l. c. p. 278.<sup>l</sup>) E. N. C. D. II. an. 8. obf. 139. p. 298.<sup>m</sup>) l. c. ep. 18. art. 7. p. 356. et PLATNERI prgr. de vulneribus superciliis illatis, cur coecitatem adferant. Lips. 1741.<sup>n</sup>) El. tr. de amaurosis p. 354.<sup>o</sup>) STALD, van der WIE<sup>l</sup> obf. rarires. L. B. 1687. C. I. obf. 31. p. 128.<sup>p</sup>) l. c. ep. 18. art. 6. p. 355.<sup>g</sup>) Unterricht für die Unterwundärzte bey Armeen 2. Th. Berlin 1774. p. 299.<sup>r</sup>) LUDWIG<sup>i</sup> aduf. med. practica. Lips. 1770. V. J. IV. p. 699. 700.<sup>s</sup>) loc. cit. p. 83.<sup>t</sup>) Commerc. Noric. A. 1732. heb'd. 42. p. 334.<sup>v</sup>) E. N. C. D. II. an. 7. obf. 152. p. 294.

causa, interdum, in sinibus frontalibus latet *x*)? an in humore vi-treο *y*)? Sic videtur ill. RICHTERO. An amaurosis foricario-rum SAVVAGESI<sup>z</sup>, veritati accommodata est? non plane patet ex descriptione, quam, ill. RAMAZZINI *z*), de hoc morbo exhibet.

## §. XIII.

Puerum vidit cel. KRAMER *a*), qui, primis, ex quo variolae eruperunt, diebus, oculo coecutiebat; cui, facile, ac sua sponte, postquam variolae vim suam penitus exuerant, in integrum visus rediit. Quandoque, videndi facultate, orbantur illi, qui febre acuta *b*), inter-mittente *c*), opthalmia *d*) ac capitinis dolore vehementi *e*), et hemi-crania, quae puerperium excipit *f*), laborant. Superuenit illa, inter-dum, apoplexiae, syncopi, comati *g*), convulsionibus *h*), epilepsiae *i*), phthisi *k*), malo venereo, cacoehymiae scrophulosae *l*), et, vt cel. LENTIN *m*), nuper obseruavit, raphaniae; nec raro illa corripiuntur, qui ileo *n*), aut aliis doloribus colicis *o*), aut renaibus *p*), excre-viantur.

## §. XIV.

Neruum dextrum secundi paris, vidit ill. ISENFLAMM *q*), ab illo loco, in quo, cum altero neruo, coniungitur, post mortem, gry-seum, rugosum, exsiccatum: eosdem, crassiori quasi spissitudine, in-dutos, et ita fragiles, vt, ad manuum contactus, dissoluerentur, reperit B 2 quem

*x*) loc. cit. p. 86.*y*) l. c. p. 80.*z*) Ei, tr. de morbis artificum c. 13.*a*) Commerc. Nor. A. 1732, hebd. 42.

P. 334.

*b*) TULPII obsf. med. p. 62.*c*) Alb. ab HALLER diss. pr. coll.

T. V. p. 270.

*d*) RICHTER l. c. p. 81.*e*) ORGAGNI l. c. ep. 18. art. 7.

P. 336.

*f*) F. HOFFMANNI S. M. R.

T. IV. p. 4. c. 4. §. 8. p. 116.

*g*) SAVVAGE l. c. p. 289.*h*) LENTIN. l. c. p. 69.*i*) HILDANVS l. c. C. V. obs. 5.*k*) KRAMER l. c. p. 334.*l*) SAVVAGE l. c. T. II. p. 2. p. 291.*m*) l. c. p. 67. 68.*n*) Ill. de HAEN fautoris, ac prae-

ceptoris, vsque ad cineres colendi. Ratio-

medendi. P. XI. c. 3. p. 186.

*o*) Commerc. Nor. A. 1737. hebd. 24.

P. 187.

*p*) A. N. C. V. II. obs. 82. p. 196.*q*) l. c. §. 58. p. 170.*r*) Sepulchretum anat. Genev. 1700.

T. I. l. i. S. 18. obs. 24. p. 427.

*s*) Ibid. obs. 2. p. 433.*t*) Ibid. obs. 3.

quem vafa sanguifera exstillerant. Lapideum scyphum, in oculo vidit, ill. ab HALLER *v*). Neruos, qui visui praesunt, in cadavere a compressione, per vndas facta, latos refert, KALT SCHMIDT *w*). Tumorem globosum, vesicam, et infundibulum, materia grysea, pulchra, calcarea, repletum, quae, neruos opticos, comprimebant, post mortem detegunt, BONNET *x*), PLATER *y*) et ill. de HAEN *z*). A tumore, pure repleto, basi cranii, ab osse sphaenoidal, formatae, imposito, nec non, ab aqua, in cerebri ventriculis, contenta, de qua, BONNET *a*), et BROMFIELD *b*), quoque obseruationes tradiderunt, amaurofin illatam fuisse, affirmat ill. MYZEL *c*). Post dictum, capiti inflictum, sanguinis ac seri extravasationem, quae guttam serenam producebat, viderunt GVERIN *d*), et ill. ab HALLER *e*): ab ylcer cerebri, ac a tumore steatomatoso, obseruerunt eandem, MYZEL *f*); et BONNET *g*), a seri copia, inter ytramque meningem, inclusa. Nullum tamen quandoque vitium, neque in cerebro, ac neruis opticis, neque in bulbi oculi tunicis, aut humoribus, post mortem detectum fuisse, docent obseruationes ill. de HAEN *h*) et ROWLEY *i*).

## §. XV.

Minorem, iridis, pupillam formantis, irritabilitatem, maiorem visus imminutionem, significare, dicit ill. SAVVAGESIVS *k*), saepius vero, et in me, et in aliis, vidi, varias pupillae affectiones, eidem videndi facultati, respondere. Suspicatur ill. RICHTER *l*), easdem varias indicare guttae serenae species, leuorem, ac curatu faciliorum, quando mobilis est pupilla; grauiorem, et curatu difficiliorem, esse hunc morbum, quando immobilia illa, et solito amplior, est. Vidi duos homines, quibus, ab initio, pupilla mobilis erat, qui tamen, qui

*v*) Ei. Op. pathol. Lauf. 1755. obsf. 53.

P. 136.

*w*) Alb. ab HALLER diff. pr. cal.

T. III. p. 375.

*x*) I. c. obsf. 1. p. 419. et obsf. 2. p. 420.

*y*) I. c. 1. p. 102.

*z*) I. c. P. VI. C. 6. §. 3. p. 271.

*a*) I. c. obsf. 9. p. 422.

*b*) Chirurgical obsf. and cases at Lond.

1773. V. I. p. 34.

*c*) I. c. 2. S. 13. B. p. 76-81.

*d*) I. c. p. 254.

*e*) Elem. phys. T. V. p. 347.

*f*) I. c. 2. S. 14. B. p. 91.

*g*) I. c. obsf. 7. p. 422.

*h*) I. c. P. VI. C. 6. §. 2. p. 261.

*i*) A treatise on the principal diseases of the eyes at. Lond. 1773. p. 149.

*k*) I. c. p. 290.

*l*) I. c. p. 79.

quicquid medicamentorum quoque tentaretur, videndi facultatem, non recuperarunt: et in foemina, vt ill. RICHTERVS, pupillam, post medicamentorum vsum, mobilem euasisse, visum vero non rediisse. An quoque obseruatio, superius a me allata, et dein, quod iridis motus, nullo modo, a retina dependere videantur, hanc prognosin, paulisper incertam, reddunt? Benignior plerumque est gutta serena, quando subito, pertinacior, quando lente, oritur *m*). Tamen non semper tam benignae indolis, est, amaurosis illa. Nobilem enim nouit foeminam, ill. RICHTER *n*), quae, ex transpiratione suppressa, perdidit visum; et ego, duos alias homines, ex rheumatismo retrogrado, subito luce orbatis, qui, vt illa, neque iterum, quamquam efficacissima remedia adhiberentur, visum recuperarunt. An itaque amaurosis, ex hac causa, subito quoque orta, pertinacior est? Medicamentis faepius tollitur illa, quae, ab obstructionibus viscerum, nisi pertinaces illae sunt, a colica, cum pertinaci alii obstopitatione, ab insufficiente variolarum, aut morbillorum, eruptione, vnam defluxionibus catarrhofis *o*), ab exanthemate quodam retrogrado, et a sanguinis vera congestione, nisi iamiam ipsa amaurosis orta fuerit, et ceperit quoque incrementa. Promittere iis etiam aliiquid licet, qui, cum vitiosis succis, propter vlcus male curatum, podagram repressam, ad oculum conuerfis, visum perdiderunt *p*). Grauissima ac pertinacissima fane est illa, quae senes, et corpora languida, occupat, quae perfecta ac inueterata est, quae, paralyticis, et aliis capitis morbis, iungitur *q*), quae denique a parentibus, aut a connato vitio, aut a magna neruorum debilitate, et siccitate, contracta est *r*). Quae vero in nervo optico, vel retina, continui solutione facta, aut per aestum febrilem *s*), vel lucis vim, inducta, vel a tumoribus est, quos tollere nulla arte possumus, quae pallorem nubeculosum, pone pupillam, iunctum fecum habet *t*), quae denique ab humore vitreo, iusto turgido facta, producitur, eam nullis, nec efficacissimis remediis, debellari posse, affirmant pene omnes.

B 3

SE

*m*) Ibid. p. 81.

T. IV. C. IV. §. XI. p. 117.

*n*) Ibid. p. 82.*r*) OEHME. I. c. p. 281.*o*) KLEIN. I. c. p. 194.*s*) Tr. des malad. des yeux pr. Mr.*p*) ORHME I. c. p. 281.

de St. YVES à Paris 1722. ch. 27. p. 341.

*q*) Fr. HOFFMANNI S. M. R.*t*) RICHTER I. c. p. 81.

## XIV DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA

## SECTIO II.

*Sistens therapiam.*

## §. XV.

Remedia, quae amaurofin, a plethora, aut vniuersali, aut parti-  
culari, inductam, tollunt, debent in initio morbi, quo, vasa fanguina-  
fera, atonia nondum affecta sunt, adhiberi; aliter nullos, aut pere-  
xiguos, illa edunt effectus. Illa vero sunt, quae sequuntur: larga, in  
pede, instituta venaeſectio v), aegri viribus, ac morbi indoli accom-  
modata, repetenda, scarificatio, ac hirudinum applicatio, ad tempora et  
oculorum canthos, et, illis frustra adhibitis, arteriae temporalis sectio;  
dein remedia antiphlogistica, ac repellentia, vt purgantia fortiora,  
clysmata, faepius repetita, semicupia, ac balnea tepida, sunt adhibenda;  
et, quo denique vasis relaxatis, robur restituantur, interne roborantia,  
vt radix valeriana, (quae in primis vasis minoribus, tonum restituere  
videtur, et, quae in hac specie, vt mihi ipsi ex experientia constat,  
eximii est usus) cortici peruviano nupta, est propinanda: externe  
aqua frigida, et quae mihi efficacior videtur, fomentatio frigida  
SCHMUCKERI w), hoc in casu, vino ophthalmico IANINI, quod  
magis in nervos agere videtur, praferenda, linteis quidem, octies  
conduplicatis, omni horae quadrante, renouandis, fronti et temporibus  
est applicanda, et nervis denique, qui visui praeſunt, quies con-  
cilianda. Fit vero quandoque, omnibus hisce remediis, rite quoque  
adhibitis, vt amauroſis tamen remaneat: annon tunc, si deriuatione opus  
est, nucha, et capillis deraſis, capiti, vesicatorium imponendum, vel  
fetaceum, in nucha, applicandum? aut si discussione, et roboratione,  
opus est, illi aqua frigida, aut glacies, prouide, applicanda est? bono  
enim cum effectu, eadem remedia, in vasorum atonia, adhibuit cel.  
SCHMUCKER x), et nuperrime, in sanguinis ad caput congestione,  
cel. BLOCK y). An Tinctura cantharidum exhibenda est? insignem  
eius, in paralyſi, quae praecipue, a relaxatione vasorum minimorum,  
orta esse, videtur, debellanda, vim, obſeruationibus confirmauit cel.

BRIS-

v) Ibid. p. 82.

x) I. c. i. Th. p. 156.

w) I. c. i. Th. p. 154.

y) I. c. p. 69-71.

**B**RISBAINE <sup>2)</sup>). An denique vomitorium propinandum? ex obseruatione cel. SCHMIDKERT <sup>a)</sup>, patet, illud, non solum sine noxio effectu, sed magna etiam cum utilitate, exhiberi. His remediis legitime adhibitis, ad causas occasionales quoque est respiciendum: excretiones enim sanguineae, medicamentis, huic fini, accommodatis, sunt restituenda <sup>b)</sup>; et aliae causae, quae forte in posterum, eandem cactatem, eo facilius, quia vasa semel relaxata sunt, inferre possunt, remouenda.

## §. XVI.

Causae, quae alteram guttae serenaे speciem producunt, diuersae, diuersam quoque exigunt medendi methodum. Prima quidem, quae inanitionem sequitur, tollitur medicamentis cardiacis, nutrientibus, et iis, quae robur, et corpori, et oculo, restituant; haec vero sunt, aut interna, inter quae extracta amara, cortex peruvianus, cascarilla, et radix valeriana, eminent; aut externa, ut frictio, balnea frigida, et corpori, et oculo, admota, setacea in nucha, vesicatoria, ac linteal, vino ophthalmico IANINI madida, fronti ac temporibus applicanda, et neruorum denique opticorum quies. Haec vero, variis modis, potest neruus conciliari: et primo quidem tenebris, dein eo, quod in cubiculo aegroti una tantum fenestra aperta sit, omniaque illa obiecta, quae illum circumdant, v. g. parietes, mensae, sellaria etc, colore viridi obscuriori, sint obducta; et tubuli illi conici, quos BOERHAVIVS <sup>c)</sup> descripsit, oculis applicentur, vitraque plana, leuissima, colore viridi, vari gradus, tintata, adhibeantur, quorum aliis, colore viridi obscuriori, imbutis, ad maiores, aliis colore eodem leuiori tintatis, ad minores, res distinguendas uti potest. Quando ille denique, aut scribendo, aut legendo, aut alio modo fatigauerit oculum, obiectum, colore viridi obscuriori, tintatum, continuo intueri aegrum, eumque in finem, pannum eiusdem coloris, semper secum habere, magni usus esse, mihi ex experientia confiat. Haec, quae, de oculorum quiete, tradidimus, praecepta, sunt semper, in amaurosi quacunque tollenda, obseruanda: in hac vero specie, ex-

<sup>2)</sup> Select. cas. in the practice of medicine.

<sup>a)</sup> I. c. 1 Th. 43. B. p. 481.

<sup>b)</sup> BLOCK. loc. cit. p. 117. et HESTER. I. c. 1 Th. 358. p. 590.

<sup>c)</sup> I. c. p. 175.

XVI DISSERTATI<sup>O</sup> IN AVGVRALIS MEDICA

cretiones in primis sunt moderandae, aut caute cohendae, et omnes causae, quae oculis labem iterum inferre possunt, remouenda. Quae denique, a spasmus insimi ventris, oritur, venaefectione, aegroti viribus accommodata, in brachio instituta, aut hirudinibus, anno applicatis, quando aegrotus forte haemorrhoidibus laborat; et dein remediis, quae spasmum tollunt, aequalemque sanguinis distributionem, promouent; in- et externe adhibitis, est tollenda: in ea autem amarosi, quae oritur ex nimia sanguinis, et humorum, versus abdomen congettione, et evacuatione, ideoque e nimia a superioribus partibus reuulsione, horumque sic inanitione, et ad abdominis viscera nimia irruptione humorum, roborantibus, et continentibus, (conf. §. VII.) defendenda sunt, et debitus sanguinis, et aequalis, et per superiora, et per inferiora, circulus procurandus. Quae denique a materia quadam morboſa nascitur, iis remediis quae in §. XVII. et XVIII. proponere animus est, debellanda.

§. XVII.

Viscerum, in praecordiis sitorum, vitia, non sunt unius eiusdem indolis: leuiora enim, vt dyspepta, colluicies biliosa simplex, acri- monia in primis viis collecta, tolli possunt vomitorii ac purgantibus; pertinaciora vero, vt materia atrabilaria, viscerum infarcitus, vel obſtructiones, post febres acutas, aut intermittentes tertianas, relietac, aut ex aliis causis contractae, his non ita tolluntur, vt potius penetrantibus magis digestiū opus sit, quorū pertinent tartarus tartaratus, liquor terrae foliatae tartari, extracta resoluētia, amara, vt taraxaci, absynthii pontici, gentianae rubrae, et in primis mel: efficaciora porro remedia vt sapo venetus, Gummi ammoniacum, cicuta, arnicae flores, tartarus emeticus, et calomel, in refracta dosi. In aliis adhuc, vomitorii ac purgantibus, fruſtra forte, exhibitis, ad vermes est respiciendum, quae remediis anthelminticis, in primis vero radice valeriana, cuius eximiam, in hac specie, vim, plus una vice laudauit ill. RICHTER, sunt expellendae. In amaroſeos periodicae curatione, ad causas eius attendendum est, ideoque in illa, quae a transpiratione ſuppreſſa oritur, conuenit post venaefectionem, vomitoria, purgantia, ac vesicatoria, adhibere; ea, quae liberam iterum transpirationem efficiunt, antimonium, cum Roob fambuci,

sambuci, et eius flores, aliaque: in illa vero, quae forte febres intermitentes sequitur, praeter remedia, supra memorata, sal ammoniacum, et absynthii, est exhibendum, quibus dein, vt et in amaurosi, a transpiratione suppressa, nata, puluis corticis peruviani, aut eius, et radicis valerianae, decoctum, cuius bonos effectus Angli obseruarunt, addi potest.

## §. XVIII.

Materia morbosa, in vasis minoribus contenta, pro ratione morbi, aut recenter orti, aut inueterati, aut fluida et mobilis, aut lenta et tenax, deprehenditur: hinc alia medicamenta, quae illam, alia, quae hanc, e corpore eliminant, eligenda sunt. Vomitoria, purgantia, pro re nata, repetita, clysmata; per alum educunt materiam, per cutem, radix serpentariae virginiana, roob, et flores sambuci antimonialia, et in primis vinum antimonii **H V X H A M I**, flores sulphuris, balnea tepida, et vlcera denique artificialia, in fronte, ac temporibus, vesicatoriis, in mucha, feta-ceo, pone aures, fonticulo, excitata; per vrinam baccae iuniperi, eius, et eboli, roob, in primis vero, radix squillae, et ex ea confectum oxymel. Plurima vero horum remediorum, nihil efficiunt, nisi materia sit fluida, et mobilis; ideoque in amaurosi inueterata, illis, remedia, quae materiam tenacem resoluunt, sunt praemittenda. Cicutam itaque, arnicae flores, aconitum, pulsatillam, valerianam, mercurium, tartagum emeticum, sulphur auratum antimonii tertiae praeципitationis, in refracta dosi, assam foetidam, camphoram, kermes minerale, sal volatile et spiritum cornu cerui, atque vim denique electricam, insigni cum effectu adhibuerunt multi. Hisce vero remedii legitime quoque adhibitis, remanet tamen saepè amaurosis: id quod alii forte caufis, ad quas, artis medicae periti, forte non satis attenderunt, est tribendum. Acrioris indolis saepius materiam, in vasis minoribus stagnantem, esse, experientia conflat: potestne illa itaque, vasa minora, spastice constringere, eaque spastica constrictione efficere, quin minus materia illa, e corpore, medicamentorum ope, eliminari possit? variae spasticae affectiones, quae et guttam serenam, et alias morbos, ex hac causa ortos, comitantur, et eximia remediorum antispsmodicorum, praecepue falsis volatilis cornu cerui, in hoc morbo debellando, vis, videntur

C

hanc

## XVIII DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA

hanc sententiam confirmare. Potestne quoque materia illa acris, nisi cito medela paretur, maiorem humorum copiam alicere, qua vasa vicina, ultra modum, extenduntur, et dein relaxantur, ita, vt materia quoque expulsa, vasa tamen minora, humorum impetu resistere nequeant, illisque turgida, medullarem cerebri, ac neruorum, partem premendo, amaurosin producant? annon eandem, axioma receptum: *irritatio attrahit, et BLOCHIT d)* aliorum que obseruationes, supra a nobis traditae, probant? Potestne denique interdum causa, et in vasorum minimorum, quae materia illa morbo repleta sunt, relaxatione, quaeri? Probatne meam opinionem obseruationes, e quibus constat, quanta vis cortici peruvianio insit, viscerum obstrunctiones, remedii resolutientibus praemissis, referandi, et glandularum colli tumores dispellendi e)? probatne eandem, extrema radicis valeriana, rheumatismo, et epilepsiae, e scabie retropulsa ortae, medendi vis, quam maxima cum animi voluptate, in pluribus aegris, obseruauit? probatne denique praestans aquae frigidae, in arthritide debellanda f), effectus, ac corticis peruvianiani, mercurio dulci nupti, cuius ope pertinacissimam ophthalmiam, ex materia arthritica ortam, Goettingae vidi debellatam. Materia transpirabilem suppressam, quandoque ad primas vias regurgitare, indeque, per consensum, amaurosin producere posse, confirmant obseruationes, quas tradit Rich. de HAVTESIERK; eranthema vero retropulsa, eodem modo, et guttam serenam parere posse, patet partim ex obseruationibus, quas in paragrapho precedenti attulimus, partim ex consensu, qui cum primis viis cuti intercedit, partim ex signis, quae morbos ex materia morbo quadam, ad primas vias delata, natos, comitantur. Magni autem momenti esse ea, quae proposuimus, patet, et ex obseruatione ill. RICHTERI g), et ex eo, quod, materia illa, ad primas vias retrocepha, medicamentis aliis intra corpus repellatur, et ad alias partes delata, nouos producat morbos; simulque quod ea, in praecordiis nidulans, facilius vomitoriorum, quam diaphoreticorum ope, e corpore eliminetur. In priori casu magni effectus esse videntur, infusum florum sambuci, eiusque roob, spiritus ac sal volatile

a) l. c. p. 54-56.

e) ROB. W HYTT von den Nerven-hypo-  
pochondrisch und hysterischen Zufällen.  
Leipzig 1766. p. 321.

f) I. C. A. THEDENS Bemerkungen  
und Erfahrungen. Berlin 1771. p. 188.

g) l. c. p. 87.

latiles cornu cerui, camphora, moschus, et vesicatoria; in altero autem casu, ea remedia, quae in paragrapto huius sectionis prima, recenfumus. In vasorum relaxatione excellit eximia radicis valeriana, corticis peruviani, aquae frigidae, ac vesicatoriorum, fronti, temporibus, atque capiti, capillis derafis, applicandorum, et forte tinturae cantharidum, vis: in vteriori denique casu, omnibus aliis remediis, videntur vomitoria, purgantia, clymata, tartarus emeticus, et calomel, in re- fracta dosi, si vis morbi vrgeat, preeferenda.

## §. XIX.

Hominibus, ex terrore, coecitate correptis, potuit ill. RICH-  
TERVS, nullis remediis, quaecumque etiam tentarentur, videndi fa-  
cultatem restituere: plurim vero obseruationum analogia composita,  
et eo, quod huius amaurofeos speciei causam proximam, spafmo ad-  
scribendam esse, opinaretur, propinuauit vir illustris, foeminae, quae,  
iam ultra quadrantem anni partem, a terrore excoecata erat, radi-  
cem valerianae; cuius vsu, per aliquot septimanas continuato, vi-  
dendi facultas rediit, et ita quidem, vt iam per aliquot annos, sum-  
ma oculorum integritate, fruatur illa. Num vero spafmo, an potius  
vasorum minuimorum relaxationi, hanc guttae serenae causam, ideo-  
que eius curationem, vi antispaftmodicae, aut roboranti, radicis valeria-  
nae esse adscribendam, jam, vt ego opinor, ex superioribus facile  
intelligitur: caeterum non adeo multum interessi videtur, num ab  
hac, an ab illa causa, hunc amaurofeos ortum deriuemus, quam me-  
dendi methodus, eo respectu, sit appropriata, vt toni alterationem mor-  
bosam tollere studeamus.

## §. XX.

Coecitatem connatam, in binis infantibus, vsu aquae opthal-  
miae sublatam, refert ill. SAVVAGESIVS: prodestne quoque  
in eadem, aquam frigidam, et lene vesicatorium, fronti ac tempori-  
bus applicare? Digihi pressione, debellatam fuisse eam, quae a laefione  
nerui ophthalmici oriebatur, dicit VALSALVA; et similem quoque  
obseruationem tradit cel. LENTIN h) de gutta serena, raphaniae su-

C 2

perue-

h) l. c. p. 69.

perueniente, quam aegra eo, quod alicui frontis parti, quam tam  
vir celeb. non designauit, digitos apprimeret, poterat impedire. An-  
non in cicatrice, qua vulnus obducitur, causa huius morbi querenda  
est? ea, multa destruuntur vasa minora, quo facto, in illis vasis, quae  
cicatrici, ac nero ophthalmico, proxime adiacent, sanguinem accumula-  
ri, vasa ultra modum extendi, atque relaxari, ideoque, vt cicatrix ipsa,  
medullarem nerui ipsius partem premendo, amaurosin parere, vero vi-  
detur simile. Annon hanc sententiam probant obseruationes, e qui-  
bus constat, eandem cicatricem sequi, et curatio, quam V ALS ALVA  
proposuit, et cel. L E N T I N obseruauit; clauorum pedum dolores, ac  
vulnorum cicatrice obductorum, et manus denique imbecillitas, quam  
eadem, a venae sectione relicta, producit. Praestantissimum in hac mor-  
bi specie, quando illa vnguam debellari potest, remedium erit, aquae aut  
fomentationis frigidae S C H M V C K E R I applicatio: quae suspicio, eo  
magis veritati accommodata esse mihi videtur, dum nuperrime e viro  
fide digno audiui, se et alios clauorum pedum dolores, balneis eorum  
frigidis, saepius repetitis, dispulisse. Qui mercurio in corpore relicto  
occaetus est, illi inde mox sponte reddit videndi facultas *i*). Annon in  
hoc casu sulphur crudum, antimonio crudo nuptum, vnam infuso radi-  
cis enulae saturato, boni erit effectus? horum enim remediorum ope,  
sanauit ill. Q V A R I N, cui, quantum debo, numquam memoriae elabiti-  
tur, multos morbos, qui a mercurio in corpore relicto, produceban-  
tur. Coecitas et belladonnae yfu, est per robortantia, cardiacis nupta *k*),  
optime fugata; quae in sinibus frontalibus latet, per sternutatoria  
paulisper sublata *l*); quae vero extrafensationem humoris cuiusdam circa  
neruos opticos, sequuta est, felicissime per fonticulum, circa additamen-  
tum suturae temporalis, ac petrosae, s. in regione processus mammilla-  
ris, applicatum, debellata *m*).

## §. i. XXI.

Quae aliis morbis accedit gutta serena, morbis ipsis, remediorum  
ope sublati, sponte quoque cessat, nisi ex nimio consensu, nimiaque  
congestione, malum antea symptomaticum, nunc denique fiat idio-  
pathicum, tum pertinacius *n*), vt ideo quoque v. c. ea amaurosis,  
quae

*i*) TH E D E N l. c. p. 199.*m*) B R O M F I E L D l. c. p. 30. 31.*k*) G R E D I N G l. c. p. 709.*n*) ill. D E L L I l. c. §. 3. n. 25, et*l*) C. G. l. c. p. 86.*§. 20. 21,*

Quae virus venerei est effectus, difficillima curatu sit, et ob exostoses, quae facile ab illo, in cranii ossibus productae, nervos opticos compri-mendo, amaurosin efficiunt: annon in hoc casu decoctum radicis me-zeriae, quod tamquam certum remedium depraedicarunt Angli *a*), magna erit utilitatis? Illis, qui a doloribus colicis visum amiserunt, eundem restitut cel. *TREW p*), quinque guttis olei Caiaput, sacha-ro exceptis, clysmatibus ac medicamentis carminatiuis, frustra antea adhibitis: quae tamen, remediiis, quae aluum ducunt, simul propinatis, aliis, iisdem ventris cruciatibus correptis, restaurarunt videndi facul-tatem *g*).

## §. XXII.

Remedia, quae in amaurosi, iam magis idiopathica, praeceunte experientia moderna, vtut varia, adhiberi possunt, sunt, quae sequuntur. Cicutae vnu, recuperarunt duo homines, gutta serena laborantes, vi-fum; quamquam idem remedium, in aliis, frustra tentatum sit *r*). Aconiti extractum bono cum effectu adhibuerunt et ill. a *STOERCK* et cel. *GOTTSCHENER s*). Sanauit ill. *COLLIN t*), cuius singularem in me benevolentiam, grata semper recordabor mente, arnicae florum ope, plures amaurosi occoecatos: eosdem tamen, bis frustra adhi-buit ill. *RICHTER v*). Balsami vitae guttulas aliquot, sacha-ro exceptas, nec non, sulphur auratum antimonii tertiae praecipitationis, laudat *Fr. HOFFMANN x*); oleum animale *DIPPELII*, ac moschum, cel. *WARNER y*), et *LIEVTAVD z*). Annon decoctum ligni Guaiaci in hoc morbo, et empirice, propinandum est? magnos enim eius, in paralyysi tollenda, effectus, obseruavit ill. *WINTRING-HAM a*). Mercurium numquam prosumisse, dicit ill. *RICHTER b*):

CON-

*a*) Medical. obf. and. inquiries V. II. p. 189.

*b*) Commerc. Nor. A. 1737. hebd. 24.

*c*) 187.

*d*) E. N. C. D. 2. an. 5. obf. 247. p. 472. et *HELVIG*. l. c. obf. 23. p. 79.

*e*) Ill. a *STOERCK*. tr. de cicta cet. *Caf. 9*. p. 25. *Caf. 8*. p. 168. 169.

*f*) *Caf. 4*. p. 27. et *Caf. 8*. p. 183.

*g*) Ibid. *Caf. 4*. p. 120. et *Caf. 8*. p. 268.

*h*) Passim in ann. med. et observationib.

*i*) l. c. p. 87.

*j*) Ei. S. M. R. T. IV. p. 4. §. 6. p. 120. et §. 5. p. 119.

*k*) l. c. p. 32.

*l*) Synopsis universi praxeos med. Amst. 1765. P. I. L. 2. S. 2. p. 351.

*m*) MEADII monita et praecepta me-dica annotationibus et obf. illustr. *L. B.*

1773.

*n*) loc.cit. p. 87.

## XXII DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA

contrarium tamen obseruarunt, ROWLEY *c*), MEAD *d*) et HESTER *e*). Optime felicissimeque debellauit calomel guttam serenam *f*). An belladonna empirice exhibenda est? saepius enim oritur amaurosis, a tumore, fero repleto, cerebrum ac neros opticos comprimente, nullis detergendo signis certis, cui vero vitio, belladonna, ouibus, qui hoc morbo laborant, propinata, medetur *g*). Sale volatili cornu cerui, corticis inprimis, ac radicis valeriana, decocto saturato, nupto, debellauit cel. WARNER coecitatem *h*). Vomitoria, empirice exhibita, in hoc morbo, magni sunt vſus *i*): nec minus hermodactyli radix, testante ill. a LINNÆU *k*). Nocent in eodem, vt ill. RICHTERVS *l*) obseruauit, martilia. Externa remedia, quae interdum cum fructu, suo loco, adhidentur, sunt: balnea frigida, auctore cel. WARNER *m*); capitis, capillis abrasio, frictio, cum pannis laneis, succini fumo imbutis, nec non, cum spiritu vini camphorato, colli vertebris simul infriundo *n*); et oleum animale Dippelii, oculo instillatum *nn*). Balsamum vitae suum, fronti ac temporibus applicatum, laudat Fr. HOFFMANN *o*), et sterilitaria, quibus ill. RICHTERVS *p*), aliquam lucis perceptionem, binis aegris, perfecta amaurosis affectis, restituit. Alii in vifus imbecillitate, quam saepe amaurosis excipit, et empirice quoque, laudant: aquae calidæ vapores, cui herbae, leniter aromaticæ, incoctæ sunt *q*); nec non halitus volatiles spiritus salis ammoniaci *r*), aut e foliis mari veri recentibus, manibus confricatis, surgentes, oculo admotos. Irritatio illa, quam solebat famosus ille ophthalmiater TAYLOR, frictione vniuersi bulbi, ope instrumenti cuiusdam appropriati, peragere, non vbiique prodest. An cauterium applicandum? dissuadet ill. de HAEN *s*), cui lubenter adsentio, quum tutiora, ac certiora habeamus remedia. A vi electrica,

alii

*e*) I. c. p. 150.*d*) loc. cit.*e*) I. c. 2. B. 375. W. p. 703.*f*) Abhandlung der königlich schwedischen Academie der Wissenschaften 30. B. p. 703.*g*) Hannoverisches Magazin vom Jahr 1775. 27. St.*h*) I. c. p. 32.*i*) SCHMIDT I. c. 1. T. 43. B. p.*o*) Et MUELL. I. c. 2. S. 8. B. p. 34.*p*) Ei. materia medica Lips. 1772. p. 45.*f*) I. c. p. 87.*m*) I. c. p. 32.*nn*) Traité des malad. des yeux par. L. F. DES HAIS. GENDRON à Paris 1770 T. II. ch. 21. p. 235.*o*) Acta Acad. Elekt. Moguntinae T. I. p. 536.*p*) Ei. S. M. R. T. IV. c. 4. §. 6. p. 120.*q*) I. c. p. 87.*r*) CONFHEISTER, HOFFMANN, LIEVTAUD, et cel. OEHME.*s*) SCHMIDT I. c. 1. B. 43. B. p. 473.*t*) R. M. P. IV. c. 6. §. 4. p. 272-284.

ali bonos, alii nullos viderunt effectus. Sic iterum iterumque adhibuit ill. RICHTERVS<sup>t)</sup> eandem, et ne semel quidem, tantillum boni effectus praestitisse, obseruauit. Frustra bis applicatam commotionem electricam, vidit ill. a LINNE<sup>v)</sup>; eandemque incassum adhibuit, ill. de HAEN<sup>x)</sup>. Contrarios inde effectus obseruarunt, ill. QVELMALZ<sup>y)</sup>, IANIN<sup>z)</sup> et FLOVERA. Vim magnetica non plane inertem, in amaroſi tollenda, esse, patet ex obſeruatione, quam mihi Pater Reuerend. HELL (cuius aliquando consuetudine frui, licitum mihi fuisse, gaudeo) benignissime communicauit, e qua conſtat, puerum, gutta serena perfectissima laborantem, cui iam efficacissima remedia fruſtra propinata erant, intra tres dies, magnete, ceruici interſcapulas, applicato, praeter omnium, qui aderant, ſpem, videndi facultatem recuperaffe: quamquam in aliis, qui amaroſi perfecta cor- repti erant, eandem fruſtra tentauit cel. MESMER.

## §. XXIII.

Superercent quidem adhuc varia, quae, et ad medendi methodum, et ad eorum, quae circa amaroſin, eius originem, modum, cet. obſeruantur, explicationem pertinent. Posſemus quoque, vt in initio animus erat, vniuersiue speciei curationem, ab auctoribus, quos paſſim allegauimus, in medium prolatam, et eam, ab il- lustri COLLINO in nosocomio patzmanniano adhibitam, et earum, quae a viris, longe celeberrimis, non potuerunt debellari, methodum curatoriam, analogice inventam, tradere; ſimilque singulares, quae vnicuique remedio conuenient, indicationes, adiungere, et vbe- riū dispescere. Ne vero commentatio noſtra, iustos ſpeciminis inauguralis limites, transgrediretur, ea tantum, quae in eo, quod ad guttam serenam tollendam attinet, magis communia et proficia erant, proposuimus: ea vero, quae iamiam vnicuique perspecta erant, aut minus ad rem ipsam pertinebant, lubenter omisimus.

## D 2

## §. XXIV.

<sup>t)</sup> L.c. p. 87.<sup>v)</sup> Alb. ab HALLER. diff. pract. coll. T. III. p. 59.<sup>x)</sup> R. M. P. III. c. 6. p. 227-231. et P. IV. c. 8. p. 109.

<sup>y)</sup> Alb. ab HALLER. diff. pract. coll. T. III. p. 54. et 55.  
<sup>z)</sup> Journ. de medec. pr. Mr. ROUX. t. 20. p. 440. et ei. obl. fur. l'oeil p. 47.  
<sup>a)</sup> Hamburgisches Magazin 10. B.  
<sup>i.</sup> St. p. 99-103.

XXIV DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA ETC.

§. XXIV.


Evidem non ignoro, me, non omnes obseruationes, quas paſſim legi, et quarum quoque nonnullae, in HILDANI, HEISTERI, HOFFMANNI, aliorumque, scriptis exstant, attulisse, partim, quia neque ex hiftoria morbi, neque ex medendi methodo, eluceſcere videbatur, quaenam vera amaroſeos cauſa, hic adſumta, fuerit; partim, quia morbus ipſe, aut medicamentorum ope, non tollebatur, aut etiam, si debellatus ille fuerit, diſſicillimum tamen mihi viſum fuit iudicatu, cuinam remediorum, e tanta medicamentorum faragine, quam illi adhibuerunt, viſ eſſet adſcribenda; quum et ex adductis omnibus experimentis pateat, quam ſollicite, et adhibito iudicio discretio, in caſibus singularibus, analogice, formare indicationes, ſeligere indicata, conſiderare quoque contraindicantia, et ubique re-ete verſari, debeat medicus rationalis. Non omnes quoque auctores, qui ſingula quaedam, de amaroſi protulerunt, vel omnium veterum, et modernorum, ophthalmiatrorum, ſcripta, ſententiasque eorum, adducere, vel rectificare, nunc datum erat. Sic v. c. P. AEGINETAE, HEVRNII, BARTISCHII, PITKARNII, PORTERFIELDS, NENTERI, MAITRE-JEAN, IRRKAE, PLATNERI, VOGELII, LVDWIGII, aliorum, vt IOHRENII, KNIPHOFII, ROLFIKII, VOGLII, WEDELII, WOLFII, cet. mentio non facta eſt, vt tamen ſuum cuique facile relinquant, L. B. quod reliquum eſt, rogans, vt iuuenilem laborem benevolē dijudicet, quem tamen, vt ſuis viſibus non deſtitutur, vehementer exopto!

T A N T V M.

---

Errata.

Pag. II. §. II. lin. 3. praefentia, leg. praefertim. p. V. §. VIII. l. 7. diarrhaea, l. diarrhoea. p. VI. l. 13. Gunzii l. Günzii. ibid. l. 16. caccitas, l. coecitas. ib. l. 1. monroos, l. monro's. p. VII. l. a. 4. 3. Mietau, l. Mitau. ib. l. h. l. 2. l. 6. l. 1. b. p. IX. l. 6. infantibus, l. infantibus. p. XI. l. g. et l. Sauvage, l. Sauvages. p. XII. l. w. cal. l. col. p. XIII. l. 19. etiam, l. etiam. p. XIV. l. 26. et p. XV. l. 6. Block, l. Bloch. ibid. l. r. Brisbane, l. Brisbane. ibid. l. 6. caccitatem, l. coccitatem. p. XVI. §. XVII. l. 1. eiusdem, l. eiusdemque, p. XVIII. l. 22. eranthemata, l. exanthemata, p. XX. l. 18. occetus, l. occoecatus.




Ua 2991 C

ULB Halle  
003 793 516

3







DISSE<sup>4</sup>RAT<sup>T</sup>O IN AVGVRALIS MEDICA  
DE  
**A M A V R O S I**  
SVMMI NVMINIS AVSPICIO  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIP<sup>E</sup> ET DOMINO  
DOMINO  
**CHRISTIANO FRIDERICO  
CAROLO ALEXANDRO**  
MARGGRAVIO BRANDENBURGICO BORVSSIAE SILESIAEQVE  
DVCE BVRGGRAVIO NORIMBERGENSI VTRIVSQVE  
PRINCIPATVS REL. REL.  

---

**EX DECRETO GRATIOSAE FACVLTATIS MEDICAE  
PRO GRAD<sup>V</sup> DOCTORIS**  
SVMMISQVE IN MEDICINA HONORIBVS  
PRIVILEGIIS AC IMMVNITATIBVS LEGITIME OBTINENDIS  
D. AVG. MDCLXXVI  
H. L. Q. C.  
SOLENNITER VENTILANDA  
**DANIELE NOOTNAGELL**  
HAMBVRGENSI.  

---

**ERLANGAE**  
**TYPIS WOLFGANGI WALHERI.**